



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1624. usque ad annum 1627

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118863

§. 89. Alia Cleri Gallicani Censura ab Episcopis approbata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67369)

Sæc. XVII. rum, Episcoporum, totiusque cætus Ec-
 A. C. 1625. clesiastici in Comitibus generalibus Cleri Gal-
 licæ constituti.

LEONARDUS D'ESTAMPES
 E. Carnotensis.

§. LXXXIX.

Alia Cleri Gallicani censura ab Episcopis approbata.

*Gramond
 l. 6.*

Hæc censura vehementer non modo quibusdam Episcopis, sed præcipue Romano Pontifici displicuit, eo quod Pontificiam auctoritatem nimis deprimere, & non pauca, quæ sanam doctrinam minus sapiunt, continere videretur: eapropter Clerus Gallicanus habito coram ipso Stampesio pleniori conventu ea, quæ ab Actuario de approbatione censuræ latinæ fuerunt notata, ex comitiorum actis delenda esse statuit, prout etiam in hujus conventus Ephemeridibus hæc censura conscripta omiffa est, cautumque secreto articulo nihil in actis conventus, quæ editæ sunt, de hac censura memorandum esse. Ne tamen Clerus reprobata Stampesii censura, doctrinam contra Regem, & jusque Ministros vulgatam probasse videretur, censuram anno sequenti in hæc

hæc eadem verba composuit, vulgavit- Sæc. XVII.
 que: *Editi sunt hisce temporibus duo li-* A. C. 1625.
belli, quorum tituli sunt, prioris qui-
dem: Admonitio ad Regem, po-
sterioris vero: Myſteria Politica, quos
diligenter examinari curavimus, comperi-
musque plurima his contineri falſa, teme-
raria, Scandalofa, Seditioſa, contra uti-
litatem, tranquillitatem, & prosperitatem
Regni, Regisque personam, & autorita-
tem & Conſilium. Quocirca illos ut tales
per præſentes damnamus: ideoque horta-
mur vos, & obnixè precamur, ut in cun-
ctis locis veſtrarum Diœceſum Cenſuram
hanc noſtram promulgari & valvis Eccle-
ſiarum affigi quamprimum curetis, prohi-
beatisque cunctis veſtris ſubditis, ne quis
Doctrinam his libellis contentam doceat,
aut prædicet, nemo tales libellos vendat,
aut distribuât, neque apud ſe retineat ſub
pœnis juris aliisque arbitrio veſtro imponen-
dis. Datum Lutetiæ Cleri noſtri Ordinis
Comitiis generalibus in ſano Cœnovevæ vi-
geſima ſexta, & vigefima ſeptima Februarii
anno milleſimo ſexcentefimo vigefimo ſexto.
 Nihilominus Epifcopi, qui Stam-
 peſii cenſuram rejiciebant, ejusdem a
 ſe damnatæ exemplar a Valettæ Cardi-
 nale Comitiorum Præſide ſubſcriptum
 tradidere, quod ab eodem Romam trans-
 miſſum ſummus Pontifex tam gratum
 habuit, ut non multo poſt per literas,
 quas

Sæc. XVII. A. C. 1625. quas Nuntius conventui reddidit, Fran-
ciæ Episcopis pro immoto Sedis Apo-
stolicæ vindicandæ studio grates egerit.

§. XC.

*Parisini Parlamenti contentio cum
 Clero Gallicano circa suppressam
 Stampesi censuram.*

Displicuit vehementer Parisinæ Cu-
 riæ, quam *Parlamentum* vocant,
 ab Episcopis rejectam fuisse Stampesi
 censuram, tantopere ejus placitis con-
 sonam; quocirca Curia Patres senten-
 tiam in Clerum pronuntiantes, Procu-
 ratori Regio præceperunt, ut in illos
 Præsules, qui præfatæ censuræ oblit-
 terunt, sedulo inquireret, eosque, in
 actutum urbe abfisterent, ad Senatum
 deferret. Die autem vigesima prima
 Januarii hoc addidit decretum: „His
 „diebus nuntiatum nobis, quod duo
 „famosi libelli, in quibus impia et
 „perniciosa doctrinæ contra Regis nostri
 „honorem, supremam Regni sui auctori-
 „ritatem, Regni leges & contra Re-
 „gum vitam securitatemque continen-
 „tur, in vulgus sparsi ac Parisini Præ-
 „toris jussu ac Curia sententia igni
 „traditi, atque a Sorbona damnati fuis-
 „sent. Præterea Præsules in suis co-
 „muniis congregati re cognita, ut suam
 „pie-